Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola Iohannis I

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

tus eius. Ex quo enim patres dormierunt
omnia sic perseverant ab initio creature. La
tet enim eos hoc volentes quod celi erant pri
us et terra de aqua. et per aquam consistens dei ver
bo. per que ille tunc mundus aqua inundatus
periit. Celi autem qui nunc sunt et terra eodem
verbo repositi sunt. igni reservati in diem
iudicii. et perditionis impiorum hominum. Uni
vero hoc non lateat vos karissimi. quia unus dies
apud dominum sicut mille anni. et mille anni
sicut dies unus. Non tardat dominus promis
sis [illegible] sicut quidam existimant sed patienter a
git [illegible] propter vos nolens aliquos perire sed omnes
ad penitentiam reverti. Adveniet autem dies domini
ut fur in quo celi magno impetu transi
ent. elementa vero calore solventur. Terra autem
et que in ipsa sunt opera exurentur. Cum hec igitur omnia
dissolvenda sint quales oportet vos esse in sanctis
conversationibus et pietatibus. expectantes et
properantes in adventum diei domini. per quem celi
ardentes solventur et elementa ignis ardo
re tabescent. Novos vero celos et novam
terram et promissa ipsius expectamus in quibus
iustitia habitat. Propter quod karissimi hec expectantes
satagite inmaculati et inviolati ei inveniri
in pace. et domini nostri longanimitatem salutem
arbitramini. sicut et karissimus frater noster paulus
secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.
sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de his
in quibus sunt quedam difficilia intellectu.
que indocti et instabiles depravant. sicut et
ceteras scripturas ad suam ipsorum perditio
nem. Vos igitur fratres prescientes custo
dite ne insipientium errore transducti
excidatis a propria firmitate. Crescite
vero in gratia et cognitione domini nostri et sal
vatoris ihesu christi. Ipsi gloria et nunc et in diem
eternitatis. Amen. Explicit II. Epistola
Petri. Incipit epistola Johannis.

Quod fuit
ab initio quod
audivimus quod
vidimus ocu
lis nostris quod
perspeximus
et manus nostre
contrectaverunt
de verbo vite. et vita manifestata est et vidimus
et testamur et annuntiamus vobis vitam eternam
que erat apud patrem et apparuit nobis. Quod vidimus
et audivimus annuntiamus et vobis. ut et vos
societatem habeatis nobiscum. et societas nostra
sit cum patre et filio eius ihesu christo. Et hec scribimus
vobis ut gaudeatis. et gaudium vestrum sit ple
num. Et hec est annuntiatio quam audivimus ab eo
et annuntiamus vobis. quoniam deus lux est et tenebre
in eo non sunt ulle. Si dixerimus quoniam societatem
habemus cum eo et in tenebris ambulamus
mentimur et non facimus veritatem. Si autem in luce
ambulamus sicut et ipse est in luce. societatem
habemus ad invicem. et sanguis ihesu christi emundat filii eius
nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non
habemus. ipsi nos seducimus et veritas in nobis
non est. Si confiteamur peccata nostra. fidelis est et iustus
ut remittat nobis peccata nostra. et emundet nos
ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non pecca
vimus mendacem facimus eum et verbum eius non est
Filioli mei hec scribo II in nobis.
vobis ut non peccetis. Sed et si quis pec
caverit advocatum habemus apud patrem ihesum christum
iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
Non pro nostris autem tantum. sed etiam pro totius mundi.
Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum. si
mandata eius observemus. Qui dicit se no
sse eum. et mandata eius non custodit mendax
est. et in eo veritas non est. Qui autem servat ver
bum eius vere in eo caritas dei perfecta est. In hoc
scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso

manere debz sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Carissimi non mandatum nouum scribo uobis. sed mandatum uetus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis quod est uerum et in ipso et in uobis. quia tenebre transierunt et lumen uerum iam lucet. Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc. Qui autem diligit fratrem suum in lumine manet et scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo eat quia tenebre obcecauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli quoniam remittuntur uobis peccata uestra propter nomen eius. Scribo uobis patres quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes quoniam cognouistis patrem. Scribo uobis iuuenes quia fortes estis et uerbum dei in uobis manet et uicistis malignum. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia uite que non est ex patre sed ex mundo est. Et mundus transibit et concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei manet in eternum. Filioli nouissima hora est et sicut audistis quia antichristus uenit nunc antichristi multi facti sunt. Unde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Sed uos unctionem habetis a sancto et nostis omnia. Non scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem sed quasi scientibus eam. et quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax nisi is qui negat quoniam Ihesus non est Christus. Hic est antichristus qui negat patrem et filium. Omnis qui negat filium nec patrem habet. Qui confitetur filium et patrem habet. Uos quod audistis ab initio in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod ab initio audistis et uos in filio et patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus est dare nobis uitam eternam. Hec scripsi uobis de hiis qui seducunt uos. et uos unctionem quam accepistis ab eo maneat in uobis. et non necesse habetis ut aliquis doceat uos. sed sicut unctio eius docet uos de omnibus et uerum est et non est mendacium. et sicut docuit uos manete in eo. Et nunc filioli manete in eo. ut cum apparuerit habeamus fiduciam et non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est scitote quoniam et omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est.

III

Uidete qualem caritatem dedit nobis pater. ut filii dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non nouit nos. quia non nouit eum. Karissimi nunc filii dei sumus. et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo. sanctificat se sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit. Et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret et peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet non peccat. Et omnis qui peccat non uidit eum nec cognouit eum. Filioli nemo uos seducat. Qui facit iustitiam iustus est sicut et ille iustus est. Qui facit peccatum ex dyabolo est. quoniam ab initio dyabolus peccat. In hoc apparuit filius dei ut dissoluat opera dyaboli. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit. quoniam semen ipsius in eo manet et non potest peccare quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii dyaboli. Omnis qui non est iustus non est ex

deo: et qui non diligit fratrem suum. Quoniam hec est
annunciatio quam audistis ab initio ut dili
gatis alterutrum. Non sicut cayn qui ex
maligno erat et occidit fratrem suum. Et propter
quid occidit eum? Quoniam opera eius mali
gna erant: fratris autem eius iusta. Nolite
mirari fratres si odit vos mundus. Nos sci
mus quoniam translati sumus de morte ad vi
tam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit
manet in morte. Omnis qui odit fratrem
suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homici
da non habet vitam eternam in se manentem.
In hoc cognovimus caritatem dei: quoniam ille
pro nobis animam suam posuit. Et nos debemus
pro fratribus nostris animas ponere. Qui habuerit sub
stantiam huius mundi et viderit fratrem suum ne
cessitatem habere et clauserit viscera sua
ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Fili
oli mei: non diligamus verbo neque lingua:
sed opere et veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex
veritate sumus: et in conspectu eius suademus
corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor no
strum: maior est deus corde nostro: et novit omnia.
Karissimi si cor nostrum non reprehenderit nos: fidu
ciam habemus ad deum: et quecumque petierimus
accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custo
dimus: et ea que sunt placita coram eo fa
cimus. Et hoc est mandatum eius: ut cre
damus in nomine filii eius ihesu christi: et di
ligamus alterutrum: sicut dedit manda
tum nobis. Et qui servat mandata eius
in illo manet: et ipse in eo. Et in hoc scimus
quoniam manet in nobis de spiritu quem nobis dedit.

IIII

Karissimi nolite omni spiritui
credere: sed probate spiritus si ex deo sint:
quoniam multi pseudo prophete exierunt in mun
dum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus
qui confitetur ihesum christum in carne venisse
ex deo est. Et omnis spiritus qui solvit ihesum ex
deo non est. Et hic est antichristus de quo audistis
quoniam venit: et nunc iam in mundo est. Vos ex
deo estis filioli: et vicistis eum: quoniam maior est
qui in vobis est quam qui in mundo. Ipsi de mundo
sunt: ideo de mundo loquuntur: et mundus eos
audit. Nos ex deo sumus. Qui novit deum au
dit nos. Qui non est ex deo non audit nos. In hoc
cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris. Ka
rissimi diligamus nos invicem: quoniam caritas
ex deo est. Et omnis qui diligit ex deo natus est
et cognoscit deum. Qui non diligit non novit deum:
quoniam deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei
in nobis: quoniam filium suum unigenitum misit deus
in hunc mundum ut vivamus per eum. In hoc est
caritas: non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam
ipse prior dilexit nos: et misit filium suum pro
piciationem pro peccatis nostris. Karissimi si deus dilexit
nos: et nos debemus alterutrum diligere. Deum
nemo vidit umquam. Si diligamus invicem:
deus in nobis manet: et caritas eius in nobis
perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo ma
nemus: et ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit
nobis. Et nos vidimus et testificamur quoniam
pater misit filium suum salvatorem mundi. Quis
quis confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei
deus in eo manet et ipse in eo. Et nos cognovi
mus et credidimus caritati quam habet deus in nobis.
Deus caritas est. Et qui manet in caritate
in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta est ca
ritas dei in nobiscum ut fiduciam habeamus
in die iudicii: quia sicut ille est et nos sumus
in hoc mundo. Timor non est in caritate: sed per
fecta caritas foras mittit timorem: quoniam
timor penam habet. Qui autem timet non est per
fectus in caritate. Nos ergo diligamus
deum: quoniam deus prior dilexit nos. Siquis
dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit:
mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum
quem videt: deum quem non videt quomodo potest

diligē. Et hoc mandatum hēmus a dō ut
qui diligit dm̄ diligat ⁊ frēm suū. V
Omnis qui credit qm̄ ihc est xpc̄ ex
dō natus est. Et omīs qui diligit
eū qui genuit. diligit ⁊ eum qui natus
ē ex eo. In hoc cognoscim⁹ qm̄ diligimus
natos dei. cum dm̄ diligam⁹ ⁊ mandata
eius faciam⁹. Hec ē enī caritas dei. ut mā
data eius custodiam⁹. Et mandata eius
gūia n̄ sunt. Qm̄ omē q̄ natum ē ex dō
uincit mundū. Et h̄ ē uictoria q̄ uincit
mundū. fides nr̄a. Quis ē aūt qui uincit
mūdū n̄ qui credit qm̄ ihc ē filius dei. Hic
est qui uenit p aqm̄ ⁊ sanguinē ihc xpc̄.
n̄ in aq̄ solū. s̄ in aq̄ ⁊ sanguine. Et sp̄c ē
qui testificatur. qm̄ xpc̄ ē ueritas. Quo
tres sunt qui testimoniū dant i celo. pr̄
uerbū ⁊ sp̄c scs̄. ⁊ hij tres unū sunt. Et tr̄s
sunt qui testimoniū dant in tra. sp̄c aq̄.
⁊ sanguis. ⁊ hij tres unū sunt. Si testio
niū hoim accipim⁹ testimoniū dei mai⁹
est. qm̄ hoc ē testimoniū dei qd̄ mai⁹ ē.
q̄ testificatus ē de filio suo. Qui credit
in filiū dei h̄t testimoniū dei i se. Qui n̄
credit filio mendacē facit eū qm̄ n̄ cred̄
i testimoniū q̄ testificatus ē dēs de filio
suo. Et hoc ē testimoniū. qm̄ uitā ētnā
dedit nob̄ dēs. ⁊ hec uita in filio eius est.
Qui h̄t filiū h̄t ⁊ uitā. Qui n̄ h̄t filiū dī.
uitam n̄ h̄t. Hec scribo uob̄ ut sciatis
qm̄ uitam hētis ētnam. qui creditis in
noīe filij dei. Et h̄ est fiducia q̄m hēm⁹ ad
eum q̄ qcūq; petierim⁹ scdm̄ uolūta
tem eius audiet nos. ⁊ scimus qm̄ aud̄
nos. quicq̄ petierim⁹. Scim⁹ qm̄ hēmus pe
titiones quas postulam⁹ ab eo. Qui scit
frēm suū peccare pc̄m n̄ ad morte. petat
⁊ dab̄ ei uita peccanti n̄ ad mortē. Est
pc̄m ad mortē. n̄ p illo dico ut roget q̄s.
Omīs iniquitas pc̄m ē. Et est pc̄m ad mor
tem. Scim⁹ qm̄ omīs qui natus ē ex dō
n̄ peccat. s̄ generatio dei ɔseruat eū. ⁊
malignus n̄ tangit eum. Scim⁹ qm̄ ex
deo sum⁹. ⁊ mundꝰ totus in maligno po
situs ē. Et scim⁹ qm̄ filius dei uenit. et
dedit nob̄ sensum ut cognoscam⁹ ueru
dm̄. ⁊ simus i uō filio eius ihu xpo. Hic
ē uerus dēs ⁊ uita eterna. Filioli custo
dite uos a simulachris. Incip̄ Iohis
Secunda.
Senior electe dn̄e
⁊ natis eius. q̄s
ego diligo i ue
ritate. ⁊ n̄ ego
solus. s̄ ⁊ omīs
qui cognouerunt ueritatem. p̄p ueritatem que
pmanet in nob̄. ⁊ nobiscum erit ietnum.
Sit nobiscum grā mīa ⁊ pax a dō patre ⁊
a xpo ihu filio pr̄is in ūitate ⁊ caritate.
Gauisus sum ualde qm̄ inueni de filijs
tuis ambulantes in ūitate sic̄ manda
tum accepim⁹ a pr̄e. Et nūc rogo te dn̄a
n̄ tamq̄ mandatū nouū scribens t̄.
s̄ q̄ hūim⁹ ab initio ut diligam⁹ alt̄ut̄.
Et hec ē caritas ut ambulem⁹ scdm̄
mandatū eius. Hoc ē eī mandatū ut
quēadm audistis ab initio i eo ambu
letis. qm̄ multi seductores exierunt
i mundū. qui n̄ ɔfitentur ihm̄ xpm̄ ue
nisse in carne. Hic ē seductor ⁊ antixp̄c.
Videte uosmetip̄os ne pdatis q̄ opati
estis. s̄ ut mercedem plenā accipiatis.
Omīs qui recedit ⁊ n̄ pmanet i doctrina
xpi. dm̄ n̄ h̄t. Qui pmanz in doctrina. hic
⁊ filiū ⁊ prēm h̄t. Si q̄s uenit ad uos ⁊
hanc doctrinam n̄ affert nolite recipe eū
in domū nec aue ei dixitis. Qui eīm dic̄
illi aue. ɔmunicat opib; eī malignis.